e-codices

A Hypate hypaton
B Par hypate hypaton
C Hypaton lychanos
D Hypate meson
E Par hypate meson
F Lychanos meson
G Mese
H Paramese
I Trite die zeugmen
K Paranete die zeugmen
L Nete die zeugmenon
M Trite hyperboleon
N Paranete hyperboleon
O Nete hyperboleon



DE MODORUM EXORDIIS IN QUO DISPOSITIO NOTARUM PER SINGULOS MODOS ACUOCES

Ex diapason igitur consonantiae speciebus exsistunt qui appellantur modi quos eosdem tropos et tonos nominant. Sunt autem tropi constitutiones in totis uocum ordinibus et grauitate et acumine differentes. Constitutio uero est plenum ueluti modulacionis corpus ex consonantiarum coniunctione consistens qualeet et diapason et diatesseron uel bis diapason. Est enim diapason constitutio a proslamba nomenon in mesen ceteris quae sunt medie uocib. annumeratis. et a mese rursus in neten hyperboleon cum uocibus interiectis. et ab hypate meson in neten die zeugmenon cum his quas extremae uoces medias claudunt, Sine menon uero constitutio ea quae a proslamba nomenon in neten synenmenon cum his quae medie interiectes sunt constat. Bis diapason autem a proslamba nomenon in neten hyperboleon cum his quae in medio sunt interposite consideratur. Has igitur constitutiones si quis totas faciat acuciores et graues totas remittat. secundum supradictas diapason consonantiae species efficiet modos VII. quorum nomina sunt haec, hypodorius hypofrigius hypolidius dorius phrygius Lydius Mixolydius. horum uero sic ordo procedit. Si in diatonico genere uocum ordo dispositus a proslamba nomenon in neten hyperboleon atque hic sit hypodorius modus. Si quis igitur proslamba nomenon in acumen intendat tono hypaten q: hypaton eodem tono adtenuet ceterasque omnes tono faciet acutiores. acutior totus ordo peruenit. quam fuit prius quam tonis susciperet intentionem. Erit igitur tota constitutio acutior effecta hypophrygius mod. Quod si in ipso phrygiotonii rursus intentionem uoces acceperint hypolidii modulationascet. Et si hypolidium quis semitonio intendat dorium faciet, et in aliis quidem similis est in acum

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 127 – Boetii geometria et musica (http://www.e-codices.ch/fr/sbe/0298/127)